



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Synopsis Magnalium Divi Josephi

Ignatius <a Sancto Francisco>

Leodii, 1684

Prolud. 1. Idea totius Operis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38500



I

SYNOPSIS MAGNALIUM
DIVI IOSEPHI
PARS PRIMA.
JOSEPH FILIUS DAVIDIS
REGIS.

TRACTATUS PRIMUS.
DE PROLUDIIS AD TOTAM SYNOPSIM.

PROLUDIUM I.

Idea totius Operis:

L. **O**C Opus de summis castissimi magnæ & incorruptissimæ Dei Matri Sponsi & Conjugis D. Josephi Magnali bus & Prærogativis , citò cœptum , tardè absolvotum quia vires corporis , quod aggravat animum , non tantæ , ut non frequentissimè studium & lectionem impediunt , tūm quia occupationes ex obedientiâ impositæ , tam assidue , ut non nisi horulas succisivas , easque satis raras reliquerint , quas alii adhuc occurrentibus & mihi ipsi suffuratus sum , ut huic lucubrationi impenderem : tūm denique quia diu mecum ipse de-

liberavi an illam publici juris facere deberem , an privato domesticorum commodo reservare & reserare : nec credo me unquam ad illam evulgandam resolvissim , nisi ab amicis quām plurimis de litteris optimè meritis , qui illius aliquot Tractatus perlegerant , rogatus ; quorum instantiis aliquamdiu reluctatus , tandem acquiescendum esse censi , & censuerunt domestici ipsi quibus illam reservare constitueram .

Synopsis conficio , non Encyclopediam summorum D. Josephi magnaliūm ; non enim omnia hīc profero quæ de tanto Viro dicta sunt , aut dici possunt : Invenientur multa ab aliis viris doctis dicta , eruntque me fortiores , & feliciores alii , qui alia & meliora dicere poterunt , quod opto . In hoc tamen incubui , ut ex plurimis quæ apud Sanctos Patres & Sacrae Scripturæ Interpretes , aliosque Scriptores reperti , selectiora decernerem , quæ una cum

II.

A.

cum

Synopsis

2 Synopsis Magnalium D. Josephi,

cum illis quæ ego ipse ex eodem quo
ili fonte, Sacro, inquam, Evangelio,
depromere potui, coacervavi in com-
modum & utilitatem Concionatorum,
& spiritualem devotorum hujus Sancti
Clientum consolationem, quos enixissi-
mè rogo, ut non ad eum per quem haec
cicis traduntur attendant, sed ad datum
ipsum, & ad fontes ipsos, ex quibus hau-
sta sunt quæ hic ipsis benevolentissimè
propinantr.

III. Hanc materiam amplissimam in tres
Partes distribuo: Partes singulas in tres
quoque Tractatus subdivido; Tractatus
denique in Capita, Capita quandoque
in Sectiones ad distinctionem & elati-
tatem: non enim mihi fuit visum satis,
si materiam multiplicem undequaque
ex variis Scriptoribus collectam quasi
in unum acervum & congeriem conji-
cerem, in quâ omnia confusa & sine
ullo ordine permixta, ut labori meo
cum lectorum meorum dispendio par-
cerem: sed omnia volui ut in ædificio
suis locis collocata, omnia convenien-
ti ordine disposita, & vinculo apto col-
ligata, sibiique invicem cohærentia,
quia quod est forma in compositis na-
turalibus, hoc est ordo in libris & aliis
arte factis, & ut illa istis, sic hic his con-
fert venustatem, elegantiam & pul-
chritudinem.

IV. Primâ igitur Parte agemus de D. Jo-
sepho, ut est Filius Davidis Regis: ita
vocatur ab Angelo Matthæi c. i. v. 20.
In Secundâ Parte de eo ut est Pater Jesu,
ita vocatur tûm à Prophetis, tûm ab
Evangelistis, tûm à Beatissimâ Deiparâ.
In tertîâ Parte de eo ut est Proto-Patro-
nus & Protector omnium: Talis hodie
habetur ab omnibus Fidelibus. Prima
Pars complectetur ea quæ de Sanctissi-
mo Viro dici possunt, incipiendo ab
ipsis uterque prædestinatione, & pro-
sequendo usque ad ejus nuptias cum eâ-
dem Beatissimâ Deiparâ: & hæc ferè
sunt illi communia cum aliis Sanctis.
Dixi ferè, quia in plerisque, maximè
vero quæ spectant gratias quas accepit
isto intuitu quod futurus erat Pater
Iesu-Christi Domini nostri, ut ad illam
dignè disponeretur, ab illis differt quâm
maximè.

V. Secunda Pars ea complectetur quæ
de eodem Sanctissimo Viro ab ipsis

cum Deiparente Virgine nuptiis usque
ad mortem: Atque hic præcipue elu-
celcent, ac manifesta faciemus ipsius
specialissima, maximè incomparabilem
ipsius ad Christum Paternitatem, in
quâ stat summa omnium Magnalium &
Privilegiorum ejus, & cujus ratione ei
Deus adjectit gratiatum & virtutum or-
namenta, quæ tam præcelstæ conve-
niebant dignitati; idest talia ut illam
dignè sicut par erat sustinere posset.

VI. Tertia & ultima Pars exhibebit no-
bis mortem ipsius in conspectu Domi-
ni pretiosissimam, Gloriam ejus super-
eminentem duplē: Primam apud
Deum quam essentiale vocamus,
cum adjunctis: Secundam externam
apud homines, quæ accidentalis est,
necnon singulare ejus Patrocinium
ejusque efficaciam.

VII. Primæ Partis Tractatus primus, quem
nunc defudamus, continet paucula
quæ Proludia ad totam materiam, seu
prodromos ad Synopsis totam: Se-
cundus ager de illo ut est Filius David
in esse naturali: Tertius de eodem se-
cundùm esse supernaturale considera-
to, in quibus ea videbimus quibus dis-
positus est remorè, ac deinde quibus
aptatus est proximè ad qualitates Spon-
si Beatae Deiparæ & Patris Jesu, de qui-
bus Parte Secundâ duobus Tractatibus
Prioribus.

VIII. In Secundâ Parte quæ omnium prin-
cipialis est, & tres similiter continet
Tractatus, considerabimus eum Trac-
tatu primo ut Sponsum & Conjugem
verum Virginis Dei-Parentis. In Secun-
do explicabimus Paternitatem ejus sin-
gularem & incomparabilem respectu
Christi Domini. In Tertio agemus de
gratiis quas accepit, & virtutibus qui-
bus ad miraculum ornatus fuit ratio-
ne istorum duorum summorum Ti-
tulorum.

IX. Tertiæ Partis tribus quoque constan-
tis Tractatibus, ut duæ præcedentes;
Tractatus primus erit de Gloriâ ejus
quâm animâ & in corpore fruitur in
celis apud Deum Filium suum: Secun-
dus de ejus Gloriâ apud homines, ho-
nore, veneratione, cultu & invocatio-
ne. Tertius de ejus Intercessione seu
Patrocinio ejusque incomparabili ef-
ficaciâ.

Porrò

Pars I. Tractatus I.

3

- X. Porro in hoc Opere verbis utor obviis, & phrasí quantum fieri potuit plana ad captum omnium; ne apud me mei inveniant Lectores quod ego apud multos alios Scriptores reperi, duplice la borem: unum ut verba intelligent, & propositiones construant: alterum ut rem seu materiam ipsam: Melius enim judicavi cum D. Augustino in Psal. 138. ad illa verba, Non est occultatum os meum à te, ut nos reprobant Grammatici, quām non intelligent populi.
- XI. Nec aliter etiam si vellem potuisse, postquam legi verba D. Prosperi Aquitanici lib. 3. de Vitâ Contempl. (si ramen est illius Author,) dicentis. Prudentibus viris non placent phalerata, sed fortia: Et certe nonne is qui phaleras querit in dictione, videtur de merito causæ, quam tractat dissidere? ut proinde huic optimè aptari possit illud quo D. Ambrosius lib. 1. de Virgin. Mulierem fucos quārentem perstringit Quæ, inquit, cupiens mutare quod nata est, dum aliis studet placere, prius sibi ipse displaceat. Tum deinde subdit. Quem judicem veriorem à Mulier: requiremus deformitatis tue, quam te ipsam, que videri times quod es? si pulchra es quid absconderis? nec tue, nec aliena conscientie gratiam habitura.
- XII. His addo quod in phaleratis & ele gantiâ plus est ostentationis & propria complacentia, quām soliditatis, fructus, & edificationis.
- XIII. Tandem vitam hīc & virtutes illius describo cui simplicitas maximè placuit; ergo stylus & verba quibus illa explicitur, aut simplicitatem redoleant, aut saltē ab eā non multū recedant.

PROLUDIUM II.

*Consilium seu Motivum &
Finis Operis.*

I. **M**OTIVUM seu ratio cur in hoc potius Opus quām in aliud tantillum otii mei, & tam modicum facultatis meæ contulerim, duplex fuit: primum quia constat per matrimonii vinculum, quod est divinum, non animos tantum & corpora conjugum uniri, seu quasi unum fieri,

sed etiam mediante istâ unione inter ipsos fieri omnium rerum & bonorum communicationem tantam, ut quod est mariti fiat uxoris, & è converso: Quare cùm Carmelus, ut omnibus notum est, totus sit Mariæ, sit, in qua m, speciale ejus peculium, & ut ita loquar primum ejus feudum: *Datus est enim ei Decur Carmeli.* Ita cap. 35. Hincque illa sit Ordinis istius singularissima Patrona, ut etiam pronunciavit Romæ 29. Junii 1670. Sacra Rituum Congregatio in Concessione factâ eidem Ordini recitandi Officium Beatæ Virginis quālibet hebdomadâ omni tempore, etiam in Quadragesimâ, non tantum in die Sabbathi, sed etiam quando Sabbathum erit impeditum, in feriâ illi proximiōri: sequitur omnino quod eodem modo idem Ordo Marianus pertineat ad D. Josephum; consequenter quod ipse sit etiam illius singularissimus Patronus, etiam feclusâ electione illâ quam fecit de illo idem Ordo; quandoquidem certum sit, nullo jam abnuente, ipsum fuisse verè Mariæ Sponsum, seu Maritum: Quare & dictus Ordo, & singularis illius personæ ipsius sunt, ipsiusque ut & Sponsæ ejus honorem p̄r omnibus zelare debent, & Deo dante facient.

Secundum Motivum de hâc potius materiâ scribendi quām de aliâ: sumptu à beneficiis quā à Deo per ipsum tūm in corpore tūm in animâ accepi, ut ea etiam exteriori aliquā professo ne recognoscam pro modulo meo: quo etiam motivo Sancta ac Seraphica nostra Theresia magna illa Heroïna novae Congregationis in Ordine nostrâ (à quo nunquam dum vixit separari voluit) Mater & Primipyla, ejus cultum, quem in eodem antiquo suo Ordine vigentem sūxerat, propagandum suscepit, suæque Congregationis alumnis maximoperè commendavit; quod illi adeò feliciter successit, ut ad hoc à Deo fuisse electam evidenter appareat, nec ullus nisi invidus inficias ibit.

Finis ob quem de hoc Sanctissimo Patriarchâ scribere statui, fuit etiam duplex. Primus ut velificarer devotioni popolorum erga eum ubique gentium in dies crescenti, ac præcipue in

A 2

II.

Josephi

III.